

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De geomantia; de arte geomantiae - Cod. Karlsruhe 1769

[S.l.], [um 1600]

Qvarta regvla

[urn:nbn:de:bsz:31-250045](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-250045)

runt, si modò ante plenitudinem confi-
derent, quantum illi iter restet ad occa-
sum vsque, post plenilunium verò, si ab
ortu quantum viæ confecerit, animad-
uertant.

Militibus etiam, qui sæpenumero ex
ignoratione nocturnarum horarū præ-
clarè rerum gerendarū occasiones præ-
termittunt, maximo hæc regula futura
est emolumèto. Denique omnibus no-
cturno tēpore horologiorum vsu desti-
tutis prodesse potest.

QVARTA REGVLA De Paschatis investigatione.

*IN*proximam à plenilunio Martij Do-
minicam Pascha incidit, si modo duo-
rum dierum intervallū intercedat. Itaque
si plenilunium die Veneris, aut Saturni,
aut Solis fuerit, in subsequētem Domini-
cam transferetur.

E X E M P L A.

H O C anno 1579 nouilunium (vt
B 4

docuit prima regula) continget 27 Martij, atque ita plenilunium Saturni die (nimirum vndecimo Aprilis) incidet. Non igitur proxima dominica sed subsequente pascha habebimus, videlicet 19 Aprilis.

Sequēti anno 1580, nouiluniū Martij in Martis diem (qui erit 15 eiusdē mēsis) incidet, luna verò plena futura est, si militer Martis die qui erit eiusdem mensis 29. Quare proximè sequenti Dominica incidente in tertium Aprilis erit Pascha.

OBSERVATIO.

NOTANDVM est quamque lunam ad mensem in quo renouata est referendam esse. At duobus interluniis in Martio existentibus, altero in initio mensis, altero in fine (vt fit cum epactæ sunt 29) ex posteriore paschatis dies investigandus erit.

RATIO

RATIO HUIUS regula.



Vsebius l. 5. cap. 21. & sequentibus, narrat dissidium exortum in primitiua Ecclesia de Paschatis celebratione, circiter annum Christi 194, Victoris Romani episcopi temporibus. Asiatici enim illud in ipso plenilunio Martij morem Iudæorum & D. Iohannis ac Polycarpi exemplum sequuti celebrabāt, Victore & occidentalibus, proxima post resurrectionem Dominica id agentibus. Durauit hæc contentio ad Nicænam vsque synodum anno domini 328 habitam, in qua constitutū fuit vt in omnibus Ecclesijs vno eodemq; die pascha ageretur, proxima videlicet Dominica plenilunium Martij sequēte, sin plenilunium in ipsam Dominicam incideret, festum in subsequētem differretur, nec cum Iudæis celebraretur: plenilunio verò die facturni contingente, non proximo solis sed octauo post die haberetur, ad vitandam nimiam vicinitatem Iudæorum & Christianianorū paschatis, hocq; etiam fieret si plenilunium die veneris contingeret: quoniam tunc Iudæi in Sabbathi diem id reicere consueuissēt, vt tempore passionis Christi evenit.

Porro ad regulæ positæ confirmationem, tabulam perpetuam de paschali die hic subiunxi.

B 5

PASCHALIS TABV-
LITERÆ

Epactę.	A	B	C
11	9 Apr.	10 Apr.	11 Apr.
22	26 Mar.	27 Mar.	28 Mar.
3	16 Apr.	17 Apr.	18 Apr.
14	9 Apr.	3 Apr.	4 Apr.
25	26 Mar.	27 Mar.	28 Mar.
6	16 Apr.	17 Apr.	11 Apr.
17	2 Apr.	3 Apr.	4 Apr.
28	23 Apr.	24 Apr.	25 Apr.
9	9 Apr.	10 Apr.	11 Apr.
20	2 Apr.	3 Apr.	28 Mar.
1	16 Apr.	17 Apr.	18 Apr.
12	9 Apr.	10 Apr.	11 Apr.
23	26 Mar.	27 Mar.	28 Mar.
4	16 Apr.	17 Apr.	18 Apr.
15	2 Apr.	3 Apr.	4 Apr.
26	26 Mar.	27 Mar.	28 Mar.
7	16 Apr.	10 Apr.	11 Apr.
18	2 Apr.	3 Apr.	4 Apr.
29	23 Apr.	24 Apr.	18 Apr.

LA PERPETVA.
DOMINICALES.

D	E	F	G
12 Apr.	6 Apr.	7 Apr.	8 Apr.
29 Mart.	30 Mart.	31 Mart.	1 Apr.
19 Apr.	20 Apr.	14 Apr.	15 Apr.
5 Apr.	6 Apr.	7 Apr.	8 Apr.
29 Mart.	23 Ma.	24 Ma.	25 Ma.
12 Apr.	13 Apr.	14 Apr.	15 Apr.
5 Apr.	6 Apr.	31 Mart.	1 Apr.
19 Apr.	20 Apr.	21 Apr.	22 Apr.
12 Apr.	13 Apr.	14 Apr.	8 Apr.
29 Mart.	30 Mart.	31 Mart.	1 Apr.
19 Apr.	20 Apr.	21 Apr.	22 Apr.
5 Apr.	6 Apr.	7 Apr.	8 Apr.
29 Mart.	30 Mart.	31 Mart.	25 Mart.
19 Apr.	13 Apr.	14 Apr.	15 Apr.
5 Apr.	6 Apr.	7 Apr.	8 Apr.
22 Mar.	23 Mart.	24 Mar.	25 Mart.
12 Apr.	13 Apr.	14 Apr.	15 Apr.
5 Apr.	30 Apr.	31 Apr.	1 Apr.
19 Apr.	20 Apr.	21 Apr.	22 Apr.

Ut quis hac tabula commodè vtatur, primùm meminerit epactas eius anni quærendas esse cuius pascha investigatur: deinde à dextra ascendens sinistram versus eò vsque, donec ad columnam literæ Dominicalis eiusdè anni perveniat, in communi epactarum & Dominicalis literæ angulo pascha inveniri sciat.

QUINTA REGULA
De litera Dominicalis & anni bis-
sextilis investigatione.

ANtequam ad regulam accedamus, quatuor cognitivæ necessaria sunt notanda.

Primò tenendus est hic versiculus, Filius Esto Dei, Cœlū Bonus Accipe Gratis. in quo septē dictionum primæ literæ indicant septem literas Dominicales.

Deinde constituentur septem ordines commissurarum in quatuor digitis sinistræ manus omisso pollice: videlicet tres in manus parte intrinseca, totidè que in extrinseca, & septimus in summitatibus digitorum quæ pro commissuris habendæ sunt. Horum septem ordinum